



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

406. Die SS. Simonis & Judæ. De mundi vanitate fugienda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Die SS. Simonis & Iude, 721

Gertr. lib. 13. cap. 70. Impedit delicias Domini.
qui à communione arcet) eò vicinior ero in
cœlo B. Borgiat, quò minus ab ejus imita-
tione absfuerō.

MEDITATIO CCCCVI.

Die SS. Simonis & Iude.

De mundi vanitate fugienda.

A Spiciam sanctos Apostolos re & affecta
sublunarum contemptores, instar cœ-
lestium Regum, illimes ab omni fæce terrena.
Petam eos imitari.

Conf. 1. Sanctos Apostolos de mundo non
fuisse, quia mundum, & omnia, quæ in mun-
do sunt, despiciebant, quia non secundum
mores mundi vivebant, quia mundus eos
persequebatur, quia Deum diligebant: ita
interroganti Judæ Thadæo, Joann. 15. Do-
mine, quid factum est, quia manifestatus es
nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesu,
& dixit ei, si quis diligit me, sermonem meum
servabit, & Pater meus diligit eum &c. S. Au-
gust. hic. Causam querit, quare non se mundo,
sed suis manifestatus sit? Respondet autem
Dominus, quia hi diligunt, illi vero non diligunt.

Conf. 2. Si mundus persequitur Bonos,
præstat mundum nôsse, quam experiri: quod
serò est, sapere. Agnoscitur autem, si aspicio-
tur mundus, quod sit aëris infectus, & nocivus,

Hu sumus

722 Die SS. Simonis & Jude.

fumus sulphureus, qui tumorem animi,
factorem concupiscentiae, & ardorem poenae
secum habet: quod sit mare mortuum, ubi
abyssus alta superbia, plena solicitudinis,
immunditia, cura carnis, de qua bibentes
ficiunt amplius, & lippientes oculi gravius
infirmantur. Mundus est domus tenebrosa
pauperum aeternorum; est navis, spirituum
immundorum ludibrium, est Jordanis trans-
vadandus, cum propheta, ut audiantur se-
creta Dei: denique ruit mundus, si ruit, quare
nos migras? inquit D August. serm. o. de
Temp. Si tibi architectus diceret ruituram
domum tuam, nonne prius migrares, quam
murmures? Structor mundi tibi dicit, rui-
tarum mundum: & non credis?

Conf. 3. Hinc inferri me beatum, dum a
mundo persecutionem patior: Deo enim si-
millimi efficiuntur, si in operibus habeamus
perversores, quia Christus detractores ha-
buit, Apostoli persecutores. Quod ut obti-
neam, inquit S. August. supra: *Leva cor in ce-*
lum, ne computrescat in terra, consilium est ejus,
qui te vult salvare, non perdere. Ut quasi pi-
scis extrahar e mari mundi, adibo escam
Eucharisticam, hamum ferreum habet in ipsis
id est, rerum Deum in carne vera, inquit

Rupert. Abbas de Divinis officijs
lib. 4. cap. 19.

NO.